legitimacionum coluna 4^a et acriter defendit sarmiento libro 1°
selectar c 5 n° 7 ea racione potissimum quod ut filius legitimetur per
susequens matrimonium necesse est ut nascatur ex soluta et soluto
a communem Resolucionem explicatam superius quod clericus in mi
norib; habens beneficium eclesias ticum manente eo estatu non est
solutus nec potest matrimonium contrahere ergo consequitur eius clerici fi
lium non esse naturalem ac proinde nec legitimari per susequens matri
monium nec posse ad ordines promoveri verum sentenciam Joanis an
dre in clerico in minorib; habente beneficium magis amplectendam
et communem esse profitentur Buenas Regula 3 de legitimacio
ne 7^a Padilla in le cum maulum n° 32 C de pactis dei conmuni
Placa in epitome delictorum c 4 n° 3 Simon mayolus libro 1 dei
Regularitatib; c 4 n° 5 et hec opinio verissima quidem est nam
cum clericus in minorib; habens beneficium eclesias ticum absque
dispensacione possit matrimonium contrahere id sufficit ut eius fi
lius dicatur naturalis et legitimetur per susequens matrimonium ha
bilis que fiat ad ordines suscipiendos

ex qua Resolucione colligi potest filium sui capucinaro
uiciosum intra annum probacionis esse legitimum per susequens matrimonium ran
tempore concepcionis parentes eius poterant inter se absque dispensacione matri
monium contrahere ut ex prese Resolucione prepositus ibidem etiam coluna 10 Pa
lacios Rubios in le 9^a tauri n° 41 bb 3° c 8° § 2 n° 5 et 104° et ita
tenendum est quidquid secum sentiat Dominus Sarmiento d° c 5 n° 7 cu
ius opinioni non favet tex in c. Religioso § quanvis autem de sentencia ex co

municacionis libro 6°

durante anno no[n] dicatur esse religiosum v[er]e et proprie ac proinde infi[ci]entem innovicio violentas manus incurrere in ex comunicacione canonis si quis suadente 17 q 4 ut est aenoviciant inter pretes ... inautentica ingressi C. de sacro sanctis eclesiis et ... in presencia de probacionib[us] ubi Decius n[umer]o 73 ... et quelus dentro ... tractatu ... p[ar]te §1 glo ... ad n[umer]o 41 ... novicius licet sit religiosus v[er]e et proprie est tamen religiosus revocabilis ac proinde cum novicius ... absq[ue] dispensacione valeat matrimonium ... filius ab eo susceptus naturaliter efficietur legitimus per matrimonium susequens atq[ue] ex consequenti abilis fiet ad ordines sacros ... prendos.

postremo dubitat an filius susceptus ex homine soluto et esponsa de futuro alterius efficiatur legitimus per matrimonium susequens et ita valeat eclesiasticis ordinib[us] insigniri et dominus sarmiento d[ic]to c[apitulo] 5 n[umer]o 5 ad finem contendit acriter eum filium n[on] legitimari per matrimonium susequens et mo... ex lege si uxor § d. severus ff ad leg[em] Juliam de adulteris ubi ulpianus Juris consultus in hec verba escribit) D[ivi] severus et Antoninus rescriserunt etiam in esponsa hoc vindicandum q[ui]a nec matrimonium quale cumq[ue] nec espem matrimonii violari permittit) ex quo textu videtur dedu[c]i esponsam de futuro si carnaliter accedat ad alium quam ad esponsum adulterium committere quod etiam videtur probare textus in § siminor eiusdem legis ac proinde consequitur filium susceptum ex esponsa de futuro alterius adulterinum esse et ideo n[on] legitimari per susequens matrimonium ex textu in d[ic]to c. tanta nec posse absq[ue] dispensacione pontificia promoveri etiam post contractum matrimonium a parentib[us].

movetur preterea sarmiento q[ui]a cum esponsalia de futuro impediant ab ... matrimonium ... c. si inter c. sicut de esponsalib[us] c. 1 et 2 de esponsadu... utriusq[ue] debuit filium susceptum ex esponsa alterius de futuro

De Regularitate

n esse naturalem cum nec tempore conceptionis nec nativitatis parentes libere valeant interesse matrimonium contrahere. ex quo infert Sarmiento ... n 3 esponsum ... esponsam de futuro fornicantes cum alio teneri in confessione exprimere circumstantiam esponsalium de futuro

... sententiam magis amplectitur ... in 4 ... c 1 n 13 existimans eum filium nulla ratione dici posse adulterinum ... colligens ex definitione adulterii quod dicitur esse coitus maritalis ... quem torus alienus violatur c. ... adulterium ... ad legem Juliam de adulteriis ... adulterium ... significatione docuit S. Thomas 2a 2ae q 154 art 8 unde cum esponsus de futuro non habeat jus accedendi ad esponsam ante conjugalem consensum procul dubio sequitur ex coitu habito cum esponsa ... non violari torum ... et ex consequenti ... non posse dici adulterinam

hinc ... infert ... peccatum ... non esse necessarium exprimi in confessione qualitatem esponsalium de futuro et movetur ratione quod ... circumstantias non mutantes speciem peccati non esse ... sacerdoti in interiore animae judicio ... docuit S. Thomas ... Antoninus ... c 17 ... confessio ... circumstantia ... consideret de penitentia ... in principio

ego autem in hac difficultate ita sentio ut esponsa de futuro accedens carnaliter ad alium quam ad esponsum adulterii crimen non incurrat et ex eo coitu filius naturalis sit efficiatur legitimus per matrimonium subsequens ad mentem tamen cum domino Sarmiento esponsalium qualitatem necessario exprimendam esse in confessione

pulchra et elegans ratione ... in materia ... exprimendis in confessione circumstantiis excellens regula ... est quod omnes ille et sole circumstantiae necessario in confessione ... debent

que efficiunt ipsa opera quorum sunt circumstancia mortalia l. quod mortalia omnia esse peccati fiant alterius graviores l. quod est mortale ob unam causam sit utriusque mortalem ob aliam sive mutent opera ipsa de una specie in aliam sive non ut eleganter resolvit Navarrus in manuali c. 6 n. 3 quare cum est sponsa de futuro fornicando cum alio quam cum eius sponso infringat specialem legem naturalem qua tenetur fidem eius sponso servare consequitur manifeste illam unico actu opere committere duo peccata mortalia unum fornicacionis simplicis alterum fractionis sponsalium de futuro ac proinde teneri in confessione sponsalium circumstanciam exprimere.

Accedit sentencia sancti Thome in 4 dist. 16 q. 6 art. 2 questiuncula 3 docentis illam circumstanciam necesario confitendam esse que ultra maliciam ipsius operis habet specialem repugnanciam cum racione sed simplex fornicacio sponse de futuro ultra maliciam illius habet specialem repugnanciam cum racione quam constringit specialiter non fornicari eo quod est sponsa alterius de futuro argumento textus optimi in c. quemadmodum de iureiurando ergo circumstancia necesario in confessione propalanda est, conducit quoque doctrinalis textus Beati Antonini proxime tradentis circumstancias illas esse revelandas sacerdoti que diversis specialibus preceptis prohibentur cum ergo speciali precepto naturali et diverso a precepto de non fornicando prohibeatur ne sponsa de futuro per fornicacionem violet fidem datam sponso procul dubio consequitur sponsalium qualitatem illam teneri exprimere in confessione.

Nec huic nostre resolucioni obstant que pro se adducit Sarmiento non inquam obstat textus in d. c. si vir uxor § dicitur secundo quia respondetur glosa in c. si vir de sentencia excomunicacionis cum textus procedere in sponsa de presenti cuius interpretacionem receptam esse communiter testantur Cananea in c. 1 de adulteriis Felinus in d. c. de sponsalibus columna 2 a m. nec glosa interpretacio per quam falsa est ut ex eo textu colligitur apertissime in illis verbis quia nec matrimonium equale

nec est spem matrimonii violare permittit que inter sponsa de futuro cum tantum procedere clare demonstrant adlegata sunt illum aliqui punt Bartolus ille Baldus et Alberici intelligunt quaerebat ff de adulteriis glossa in c. quemadmodum desere iurando Pa normitanus et Prepositus in c. discretionem de eo qui cognovit con sanguineam uxoris sue Lucaccius libro 6° observacionum 60 et Sarmiento ubi supra

qua propter ratio eius texus inter pretacio est licere ex sponsa de futuro vindicare coitum ex sponse cum altero non quidem ex eo quod ille coitus sit adulterinus. Ideo quia ex sponso atrox in iuria infertur propter ex spem matrimonii unde ex sponsus non vindicat illam fornicacionem eo quod sit adulterium sed racione gravis in iurie sibi illate

nec obstat 2a argumentacio francisci sarmiento quia respondet ad hoc ut quis dicatur filius naturalis solum requiri quod scilicet tempore concepcionis scilicet tempore nativitatis si interesse ma trimonium contraherent parentes eius valeret quidem nec ex aliquo inpedimento careret effectu quare cum matrimonium ab ex spon sa de futuro contractum cum alio valeat et teneat dicto c. si inter. c. sicud de ex sponsalibus c. 2° de ex sponsa duorum, id utrobique sufficit ut ipse filius dicatur naturalis velum ante quam hinc discedam obliviscendo ta re unum utrobique animadversione dignum scilicet quod si filius naturalis ante matrimonium susequens promoveatur ad or dines susequto matrimonio fit quidem legitimus sed indicita illa ordinum susceptio non convalidatur nec ille habet ordinis execu cionem nec potest ascendere ad alciores sine dispensacione ut escrisit Vincencius in c. innotuit de electione quem refert et sequitur Archidiaconus in c. Osius infra dist. 56 nam licet si matrimonium auferat illegitimitatem non autem aufert irre gularitatem aut suspensionem provenientem ex indicita

et ilicita

Ordinum suscepcionem

8.ª q.º est utrum filius natus ex matrimonio putatiuo sit irregularis nec, procusius conuersione animaduerto matrimonium putatiuum appellari quod de iure nullum est propter aliquod impedimentum creditur tamen et reputatur a multis validum hoc supposito questionem absoluo duabus propositionibus prima si parentes ignorabant impedimentum filius ex eo matrimonio natus legitimus est c. inter c. peruenit c. ex tenore c. referente qui filii sint legitimi et resoluunt auctores plurimi quos referunt recentiores Decius et Ri 3 pa in c. inter ceteras de rescriptis Sacinus Iunior consilio 31 n.º 4.º et 74 Tellus fel. in c. 6 tauri n.º 6.º Emanuel Costa in c. si pater de testamentis in 6.º 1.ª p.te p.la vxorem n.º 2.º Simon Maiolus libro 1.º de irregularitatibus c. 5 n.º 1.º.

Et hec propositio adeo uera est ut hic filius omnino sit liber ab omni irregularitate que solet ex illegitimitate prouenire ut censuit Panormitanus in d.º c. ex tenore D. Antoninus 3.ª p.te t.º 2 9 c. 4.º in principio Ri pa n.º 7 in d.º c. inter ceteras Maiolus ubi proxime.

Deinde ea propositio locum habet etiam si unus ex parentibus tantum habeat malam fidem nam propter bonam fidem alterius et matrimonii fauorem filius natus ex eo matrimonio putatiuo legitimus est etiam parenti male fidei ut probat text in d.º c. ex tenore quem appellat singularem Emanuel Costa d.ª p.la vxorem n.º 4.º et docent DD in 4.º 2.ª p.te § 1. c. 8 n.º 2.º Soto in 4.º dist.e 41 q.e unica art.º 4.º et probat text. Iurenirapegio in l. 1.ª t.º 13 p.ta 4.ª adeo hec procedit successio ut pater qui malam fidem habet possit filio impuberi substituere pupillariter ut post longam disputacionem ingeniose resoluit Costa ubi supra n.º 25 ex dotrina Baldi in l. quis n.º 4.º Cum in ceteris non sit ex dotrina Baldi dicentis hunc filium patri male fidei suum heredem esse quem secuntur Decius in d.º c. inter ceteras n.º 5 Albarotus et Socius Aelati alas ta d.º n.º 25

2.ª conclusio si parentes impedimenti conscii sunt filius illegitimus est l. 1.ª d.ª et 3 p.la et omnes Cum in capri nueis

De Irregularitate

§ si adversus instituta de nuptiis vbi obser[vatum] est et ab omnibus inter
petribus et hec propositio extenditur ut filius nactus ex matrimonio puta
tiuo sit ilegitimus quando parentes clam matrimonium contraxerunt etsi impe
dimenti iustam et probabilem habuerint ignoranciam c. cum inhibicio
de clan. desponsacione docuit Panormitanus in d. c. ex tenore regula
Baldus Salicetus et reliqui in d. l. que C. de incestis nuptiis Decius An
toninus 3 p. tit. 27 c. 4 § idque maxime procedere ex tenore decreto conci
lii tridentini ss. 24 de reformacione matrimonii c. 1 resoluit Simon
mayolus de [illegible] libro 1 c. 5 n. 1 [illegible] sunt autem

postrema quaestio est vtrum ilegitimi a principe su[premo]
seculari legitimati sint abiles ad suscipiendos ordines ecclesiasticos et respon
dendum est non ex sentencia Vgonis et Archidiaconi in locis supradictis
et docuit Panormitanus in c. ad hec de filiis presbiterorum et omnes
in c. per venerabilem qui filii sint legitimi et resoluunt repetentes
omnes in legalibus § et quid si tantum ff. de liberis et posthumis idque
adiuvat c. ut et si in foro ciuili eo ex prese dicat illum ad espiritualia
quoque legitimare adhuc irregularis maneat nec possit absque dispensa
cione pontificia ad ecclesiasticos ordines promoueri cuius racio co
ligitur ex eleganti principio ex l. in l. ultima ff. de iurisdictione omni
um iudicum nam factum principis in materia sue iurisdicionis
sibi non supposita nec subiecta enim tenet qui dicitur cum princeps se
cularis nulam in espiritualibus iurisdicionem habeat c. nouit
de iudiciis c. solite de mayoritate et obediencia c. venerabilem
qui filii sint legitimi c. bene quidem c. cum ad verum 96 distinctione
c. conuenior 23 q. 8 plane consequitur legitimacionem a prin
cipe seculari concesam nihil posse operari circa espiritualia

contrario autem resoluendum est legiti
matum a pontifice maximo promoueri posse ad ordines mino
res quidem et mayores etsi in legitimacione ex prese dicat ut
posit clericari ut docuit Panormitanus in c. siquis quam de vita et

onestate clericorum

~~ordinariam iur. rectionem~~ et esse communem proposicionem profitetur Simon Mayolus libro 1 c. 8 n. 5

superiori desputacioni illa disputacio conexa e. an expositus cuius parentes ignorantur omnino valeat absque dispensacione ad eclesiasticos ordines promoueri qua de re sunt due opiniones inter se contrarie etenim Joanis de anania in c. 1 de infantibus expositis in eam partem descendit ut expositus absque ulla dispensacione possit eclesiasticis ordinibus insigniri et mouetur Joanes de anania ex textu in l. extraneum 2a C. de heredibus instituendis vbi constituitur extraneum peregrinum seruum heredem instituti posse et ex textu in c. cum deputati de judiciis vbi respondetur sacre magistro responsum e. agenti l. defendenti in judicio non debere obstare quod eius origo sit ignota et in l. vltima C. de infantibus expositis vbi dicitur quod isti expositi censentur liberi ingenui nulla macula inducti et in l. cremini C. de episcopali audiencia vbi probatur secundum Angelum et quod isti expositi consequuntur plenam libertatem et omnimodam et ferem exque omnibus inferri videtur expositum libere posse eclesiasticis ordinibus exornari et ordinari quam sentenciam Joanis de anania amplexi sunt barbacia et felinus ind. c. cum deputati gabriel palestrus in tit. de natis et espuriis c. 63 n. 3 qui eam doctrinam receptam communiter ab interpetribus esse passim profitetur

in contrariam autem sentenciam imo expositum esse irregularem magis videtur inclinase Petrus de ancarano ind. c. 1 de infantibus expositis et bb. in clementina si furiosus de homicidio 1 parte in principio n. 9 et defendit acriter Simon mayolus libro 1 de irregularitate c. 11 eamque sentenciam arbitror esse veriorem cuius potissimum argumento quod in dubio omnis homo presumitur illegitimus ut docuit glosa in l. tricia ff. soluto matrimonio Bartolus consilio 42 Angelus in l. libero 2 ff. de his qui notantur infamia Decius n. 3 Curcius Junior 11 et 12 in l. si emancipati C. de colacionibus Aleiatus de presumcionibus 3a

De irregularitate

presuncione i n 12 tit in 4º 2ª p. c. 8 § 3º q. sequitur quod expositus cum n. constet de eius parentibus indubio censendus est illegitimus ac proinde irregularis quia v. pro se adducit Joanis de anania ad Dem. barum cum ducunt eum a pro posita qª conve aitent

nunc v. incidit dis putacio de irregularitate que procedit ex vicio corporis nam viciatum corpore irregularem est. constat v. t. q. 3 ex toto tit. de corpore viciatis que irregularitatis species originem trahit ex jure divino veteris testamenti ex illo inquam levi tici 21 c. dixit dominus ad moisem omnis qui habuerit maculam de simine Arom sacerdotis n. accedat offerre ostias domino nec panes deo suo et paulo antea dixerat loquere ad Arom homo de semine tuo per familias suas habuerit maculam n. offeret deo suo nec accedat ad ministerium eius si cecus si claudus fuerit et cetera. totam autem disputacionem comprehendam duabus proposicionibus quarum in genere absolvante que ad eam irregularitatem pertinere videbuntur explicaturus deinceps casus aliquot particulares et pertinentes ad illam

sit q. 1ª proposicio si vicium corporis tale quod inpedimentum prestat execucioni alicuyus ordinis scilicet ingsionem indu cit deformitatem efficit quem irregularem. hec proposicio colligit ex txu in c. 2º de corpore viciatis et in c. 2º de clerico egrotante et si euan gelica in fra dist. 55 et 25 tit. 6º p. ta et docent ostiensis et gofre dus in suma tit. de corpore viciatis Di cardus in 4º dist. 25 q. 1ª art. 1º et b. Paulu danus q. 3ª ad finem Naba pus in manuali c. 27 nº 198 tit. in clementina si furiosus de homicidio i p. in principio nº 1 pa ulus boqasius in tit. de irregularitate 1ª p. tit. de corpore viciatis ordi nandis scilicet n. sed hec proposicio ita tenperanda est ut silicet vicium sive deformitas corporis absolute faciat quem irregularem quoad ordines suscipiendos si v. vicium seu deformitas corporis supvenerit post ordines yam susceptos intantum facit quem irregularem in qu antum impedit post illum corporis vicium inabilitatus ad exercicium

alicuyus ordinis

ut eleganter explicauit Marianus Socinus in c. ad audienciam de homicidio n° 78 et 79. ex quo consequitur quod qui post ordines susceptos incurrit vicium corporis impediens celebracionem solum quantum ad eum actum irregularis est non vero quantum ad exercicium aliorum ordinum actuum de absolucionis sacramentali beneficium poterit impendere ut post eum tradit ubi proxime et ex eo Cluotobna Simeon Mayolus libro i de irregularitate c 14 n° i Nabarrus d° c. 27 n° 200 Resoluens post Villa dicgum de irregularitate coluna 39 hoc ipsum locum habere dumtaxat quando hoc vicium non incurrit quis ex ponte aut culpa sua nam si ex ponte aut culpa sua contraxit dicendum esse saltem eum irregularem esse

2ª propositio si quis membrum sine culpa sua ciderit irregularis est. etsi tamen membri abscisio nec impediat ministerium ordinis nec insignem deformitatem inducat hec conclusio colligitur ex canonibus apostolorum c 22 et c. penitentes et c. si quis absciderit c qui partem dist. 55 c ultimo 87 dist.ª 99 in locis probatur eum qui pudenda sibi amputauit uoluntate propria irregularem esse socialem probat tex in c. ex parte c significauit de corpore viciatis le 25 tt. 6° parte ª et docuit D. Augustinus in libro de docmatibus ecclesiasticis c 72 et Albericus indiciionario verbo homicidium i et in verbo mutilitas et in verbo luxurias

et hec propositio extendit ut habeat locum etiam in eo qui non amputauit viribus sua sed alius culpa sua l. qz ipse jussit aut Rogauit l. qz Rei illicite dans operam illa ciderit aut in penam delicti ab eo commissi illi fuere accisa prout docuit Ostiensis in summa tt° de corpore viciatis et que et in c ex parte eodem tt ubi DD communiter et Nabarrus et Mayolus ubi supra

deinde extendit ea propositio ut procedat etiam si membri amputacio notoria non fuerit ut post Villa dicgum Resoluunt et et Nabarrus aduersus ostiensem cardinalem et antonium in d° c. ex parte de corpore viciatis quorum opinionem concedo ad mitti posse quando non integrum membrum

si eius pars fuerit abscisa
facit tamen ea propositio ubi a me dicis casu [illegible] probies vim aut insidias hestium sine culpa [illegible] puer incuna bilis quis cetus fuerit et virilia aliud membrum non impediens celebrationes emiserit c. ex o[illegible] c. 2o significavit de cor. servicia [illegible] c. eunucus c. si quis pro egritudine c. si quis in infirmitate c. lateris c. eunucus c. si quis cuy ce vulgi existimantes deuere eum cum virilia sunt amputata illa secum deferre ate fata [illegible] in pulverem redacta ut observat Nabarius d[illegible] n° 200

[illegible] huic fatreme conclusioni duo videntur obstare inprimis locus ille Matei 19 c. [illegible] sunt eunuqui qui de matris utero [illegible] nati sunt et sunt eunuqui facto ab ominibus [illegible] sunt et sunt eunuqui [illegible] castraverunt propter regnum celorum ex quo loco evangelico videtur colligi licere castrare se ipsum saltim celo continencie religionis et fidei ac proinde in eo casu irregularitatem non incurri [illegible] ex consequenti [illegible] ipsam esse 2m aserciionem qua generationem constituimus [illegible] ex virilium [illegible] cione irregularitatem [illegible] hi deinde obstat quod de Origene [illegible] indo c. si quis absciderit infra 55 dist. scribens illum se fecit eunucum ut liberius in oculto posset mulieribus predicare tempore [illegible] et tamen postea apud cesaream fuisse sacerdotem ut [illegible] ecclesie et tamen postea apud cesaream fuisse sacerdotem [illegible] historie eclesiasticae [illegible] in c 6o significatum [illegible] Eusebius cesarensis libro [illegible]

heaut con non turbant superiorem resolucionem

non obstat locus ille evangelicus quia ad eius interpetracionem est [illegible] c. et ex celo continencie religionis et fidei se ipsum castrare non licere quia [illegible] violentas manus in [illegible] adocicionem [illegible] valiadversum quemquam sibi ipsi violentas manus injicere [illegible] membri mutilacionem ex autoritate libri 3 [illegible] c. 7 extra in c. sin licet 23 q. 5 a et le qui dei § sic autem distinguendum ff de bonis eorum qui sibi mortem consciverunt le si quis filio § ei qui de ino ficio so testamento cum ergo se ipsum castrare absolute malum sit plane fit consequens licere non posse ex celo continencie religionis et fidei nam quod dictum est in se et absolute malum

nula potest boni circumstancia fieri licitum. c. non est putanda 1 q. 1. c. super eo de usuris locus autem euangelicus contrarium non probat quia eum sensum habet ut illi dicantur seipsos castrasse propter regnum celorum qui sancto proposito uxorem ducere nolunt sed magis eligunt refrenare concupiscenciae motus quemadmodum explicuit D. Augustinus libro unico de Sancta virginitate c. 23 et 24 D. Basilius libro unico de virginitate et nicolaus de lira in illum locum matei 19 c.

nec obstat quod de Origene dictum est quia in promocione Origenis eclesia orientalis escandalum passa est et demetrius alexandrine eclesie episcopus Dionisium increpauit propterea quod Origenem postquam se anputauerat promouisset ut escribit Eusebius vel supra et particularia facta non sunt in consequenciam trahenda c. ultimo 4 q. 1. c. pecis 7 q. 1

SEQUITUR DUBIUM

utrum et quis corporis irregularitatem inducat

dubium hoc in materia vicii tractatus utilisimum questionibus quinque absolvetur. 1ª questione uentilauit utrum mulier ex eo quod mulier sit irregularis et sacri ordinis incapax ad textum in c. sacratas 23 dist. deinde de singulis humani corporis partibus questiones singulis questionibus ...emus disputauimus 2ª de vicio et defectu parcium capitis humani quae facilioris intiligencie gracia propter quatuor distinctos articulos uentilauit primus tractauit de facie deformitate. 2º de oculorum defectu ad textum in c. cecus 49 dist. 3º de vicio nasis, oris, dentium, labiorum et gutturis. 4º de vicio aut dificultate aurium. 3ª questione disputauit de vicio manuum et pede. 4ª disputauit de vicio et defectu digitorum. 5ª et ultima de vicio pellium et ...

De irregularitate

Utrum mulier ex eo quod mulier sit irregularis q[uaesti]o 1a

ad t[e]x[tu]m in c. sacratas 23 dist. 6 ba[.]a[.]p[..]i pere et 3 ... reprehensione dignas p[ro]hibito p[ro] ponti fe feminas irregulares ee nec posse ... sacra atit ... talia minis [...] ex quo concinat t[e]x[tu]s in c. mulier in fra eadem dist. t[e]x[tu]s melior in c. noua de penitencijs et remisionibus ubi ... pontifex respondet non licere feminis predicare aut confesiones audire et rem ... in ecclesia inauditam ... Racionem q[uam] ... beatissima virgo Maria omnes ... excelencia superaverit ... tamen ... clavis regni celorum commisit subiat quod feminis interdicte sunt omnia publica et civilia munera l. 2a ff de regulis juris tractat latte adere ... Panor. in d[ic]to c. noua de penitencijs et remisionibus idem Abbas in c. dilecta de mayoritate et obediencia suma tabiena verbo irregularitas 4o in principio Socinus in repeticione c. sentencia sanguinis nec clerici l. monachi 1a p[ar]te principali q. 14 ad finem Sirmam Mayolus in tt[itul]o de irregularitatibus libro 1 c 26 Nava. ... in manuali c 25 n. 20 ... ex teologis D. Tho. in 4o sentenciarum dist. 25 q. 2a art. 52 ... Martinus ... in 2a 4 q. 20 art. 54 folio 309 coluna 4a ubi dicit communem teologorum sentenciam Michael de palacios in 4o sentenciarum dist. 25 disputacione 1a

Nobstari videntur t[e]x[tu]s in c. mulierem 32 dist. ubi habetur mencio ... feminis que presviteri ... non tamen videtur femina incapax ordinis presviteratum et t[e]x[tu]s in c. diaconis 27 q. 1a ubi probatur diaconi ante ... annum ordinari ... ergo similis non videtur incapax ordinis diaconatum

Non obstantibus verisima et catolica ... conclusio pro cuius exacta declaracione constituendum e[st] Jure divino et ex natura ... virilo sexum ad ordinem ... necesarium non solum de necessitate precepti ... de necessitate sacramenti ita ut quamvis mulier de facto ordinem aliquem sive ex minoribus sive ex sacris susciperet ordo nullus esset nec ipsius carater em ... peret pro ... sane conclusione ... e diaconisa in principio quam sequuntur omnes supra citati licet in fine

q[ua]rum tueat[ur] in quo communiter deprehendit sicut in prima[m] p[ar]te communiter aprobat[ur] ut post allios notat bb. in c. Alma mater d[e] s[ententi]a ex[communicatio]nis i[n] 6[to] p[ar]te § 11 n[umer]o 2 facit quod christus Dominus servator noster feminas nunquam elegit in apostolos aut discipulos neq[ue] eisdem commisit claves Regni celorum nec que dicit accipite spiritum santum quorum remiseritis pecata et cetera imo quanbis femine santitate prestantes christum dominum sequerent[ur] nulam tamem ex illis ad cenam vocavit in qua apostoli fuere ordinati tradunt Roffensis c[ontr]a luterum Castro et alii quos refert bb ubi proxime Bicoria de lecione 2[a] de potestate eclesie q[uestio] 2[a] principali n[umer]o 3 Ertiqus de indiqu[ibus] libro 3 de sacramento penitencie c 2 n[umer]o 3. tandem in id expendi potest quod ille qui ad sacros ordines promovet[ur] in supremo ad[modum] sublimegradu colocat[ur] vocat[ur] enim in sortem Domini qui ubi servire regnare e[st]. sexus autem femineus le nature sub[ditus] ditus e[st] ut constat ex illo genesios c. 3[o] ubi posquam Dominus adamum et evam creavit dixit hue eris sub potestate viri et ipse dominabit[ur] tui consonat tex[tus] in c. est ordo et in c. hec imago tt[ulo] satis e[st] cum caput 33 q[uestio] 5[a] ubi gracianus pluribus agustini Ambrosii et geronimi auctoritatibus conprobat feminam viro subditam esse debere q[uod] ipsius lex naturae repugnat feminas ad eclesiasticos ordines promoveri et in supremo gradu colocari

qq ita constitutis no obstant duo Jura in c[ontr]a[riu]m ducta respondet enim Michael de palacio, ubi supra feminas illic non apelavit presviteras et diaconisas quod esent aliquo eclesiastico ordine insignite sed propter aliam racionem longe diversam nenpe qui apud grecos uxores presviterorum presvitere. diaconorum diaconise apelabant quemadmodum apud nos passim Regis uxorem Reginam ducis ducesam comitis comitisam apelare solemus. Et hec inter bet racio natiui[?] t mentem illorum iurium ut ipsorum verua p[ro] pendenti facile bot erit aparere quare verius et facilius dis presviteras fuise olim matronas quasdam viduas que forsam aliquam habebant curam di[?] eclesie etenim dicio presviter apud grecas idem significat quod dicio senior apud latinos et ita eleganter explicat Soto in 4 senteciarum dist[inctione] 25 q[uestio] 1 art[iculo] 2[o]. similiter diaconise erant quedam santimoniales que inter ceteras aliqua forsam venedicione erant lecioni umiliarum et evangeliarum in coro de

putate

diaconissa enim idem significat apud grecos quod ministra apud latinos desumto vocabulo a verbo greco (diaconco) quod idem significat atque ministro

tandem nostre conclusioni non refragatur quod potestas ordinum et carater inde levitis imprimitur in anima in qua nulla reperitur sexum discrepancia. satis sit enim tibi respondeas quod quamvis in eum [illegible] potestas ordinum et carater in anima imprimatur quia tamen non aliter imprimitur quam per sacramentum cuius susceptio exse repugnat sexui femineo et agens non operetur nisi in paciente bene disposito non mirum si non imprimatur carateri nisi in anima que conzuncta fuerit corpori virilis sexus

amplia tamen conclusionem procedere et feminas illa incapaces non solum ordinis sed etiam espiritualis Jurisdicionis ita ut neque interdicere neque suspendere nec excomunicare valeat. tenent ampliacionem armilla aurea verbo interdictum Antonius de Butrio cardinalis et Abbas in c. nova de penitenciis idem Abbas Fipa Decius et Mantua in c. decernimus de Judiciis idem Decius in lege feminae nº 41 ff de Regulis Juris sedes ma et Narzolius ubi supra et probatur eficaciter ex iis que supra in confirmacionem adduximus conclusionis

ex qua ampliacione consequitur resolucio illius questionis utrum videlicet femine que in monasteriis religiosis virginibus preficiunt aliquam habeant espiritualem potestatem saltim Jurisdicionis et quidem dubitacioni anzam prestat quod abatise leges et precepta ferunt quod est Jurisdicionis signum non leve argumento textus in lege omnes populi ff de Just.ª et Jure et tex. cum omnes c. que in ecclesiarum deconstitucionibus tradit frater Alfonsus de castro libro 1º de lege penali c. 1º et 2º nihilominus tamen ex predictis tenendum est abatisis et aliis monialium prefectis nullam competere espiritualem potestatem nec ordinis nec Jurisdicionis probatur conclusionem D. Tho. in 4º sentenciarum dist.e 19 q.e 1ª art. 1º questiuncula 3ª ad 4m et ibi Durandus et Paludanus q.e 2ª conclusione 3ª sedes ma ubi supra ex nostris Abbas panormitanus nº 1º Marianus Socinus nº 2º in dicto cap. nova de penitenciis Silvester verbo Abatisa § 3º et probatur racione totam namque espiritualem potestas sive ordinis sive Jurisdicionis orum habuit a potestate clavium et inde clavium apelat ut est concors teologorum tradicio teste petro de soto de institucione clericorum

tt° de clavibus leccione 1ª ad cui mulier mmmmmm clavis habere non potest illas enim viris dumtaxat et privative commisit christus Dominus ut resolutum est quod mulier nullam habere potest espiritualem potestatem

nec aliquid in contrarium movet dubitandi racio proxime adducta respondemus namque abatisas et similes prefectas nihil posse precipere in forma precepti hoc est in virtute espiritus santi in virtute sante obediencie et sub precepto nec si faciant obligavemnt tanquam ipsius precepta tamet simoniales ex vi regule teneant ipsarum mandatis obedire quod utique nullam in eisdem arguit potestatem espiritualem patet in simile etenim filius iure nature patri obtemperare tenetur et pecat transgrediendo mandatum paternum inde tamem non convincitur patri in filium aliquam competere espiritualem potestatem

similiter non refragat txs in c dilecta de mayoritate ubi probari videtur posse mulierem exercere eclesiasticam iuridicionem in clericos esclesiasticas quia probas enim mulierem in iis que pendent a potestate clabium nullam habere posse iuridicionem ut pre diximus: in iis vero que espetant ad forum contenciosum et exterius quesque non pendent a potestate clavium ligandi et absolvendi mulierem ex auctoritate l. privilegio sedis apostolice l. etiam ex prescrisione et consuetudine inmemoriali l. tandem in consequenciam alicuyus dignitatis eclesiasticam iurisdicionem obtinere posse ita txm illum explicant gla vincencius gofredus abas antiquus et Panormitanus et imo lañ bdem rerosius in c. dilecti n° 1 et 2° de arbitriis Panormitanus et socinus in d° c nova: differencie racio est quia quemadmodum iuxta veriorem sentenciam laici espirituales iurisdicionis incapaces sunt ita ut in espiritualibus et iis que pendent a potestata clavium iure divino prohibeantur potestatem aliquam exercere resolvit almainus de potestate eclesie c 3° vitoria in 1ª leccione de potestate eclesie ad finem: in civilibus vero et criminalibus clericorum causis iure tantum humano prohibiti sunt ut docte resolvit sss in praticis cap 31 n° 2 vol 2ª conclusio facit txs in c cum ad verum 96 dist. iuncto c so lite de mayoritate sic similiter femina eclesiastice iuris dicionis in iis que espectant ad potestatem clavium incapax est iure divino et ideo nulo iure humano capax redi potest argumento txs in c cum ex quidam 2 19 q 1: quo ad temporalia vero et de eo que espetant ad forum contenciosum et exterius

queque non pendendent a potestate clavium femina Jure tantum humano prohibetur et ideo nil mirum si privilegio prescripcione vel consuetudine inmemoriali et in consequenciam dignitatis Jurisdicionem eclesiasticam fori contenciosi et temporalia clericorum habere posit argumento txs in c. pro posuit b. de Jure posumus supra Jus dispensare de concesione prebende c. sup qq dam § preterea de verborum significacione

ex qq resolvitur et alia questio utrum si licet acta a muliere sexum simulante et se virum menciente valere debeant et quiden dubitacionis materiam excitat txs elegans in le barbarius ff de off. pretoris et in le 1a C de testamentis et in § sed cum aliquis instituttis eodem qq locis probat comunem errorem et publicam existimacionem Jus facere ad efectum ut acta ab eo qui potestatem non habuit sustineantur ex predictis tamen dicte dubitacioni satis fit quod si mulier exercuerit actus eclesiastice Jurisdicionis in is que pertinent ad forum exterius et contenciosum que non pendent a clavium potestate quidquid egerit validum erit primum argumento txs in d. le barbarius et ita que communiter sic observant scribentes: si vero mulier sexum simulans et virum mentita aliquid exerit circa ordinum et sacramentorum colacionem et administracionem vel circa ea que espetant ad potestatem clavium nullius erit ponderis et momenti in eo enim quod habere non potest similiter nec dare nec in eo lex humana aliquid suplere nisi autem que sui natura imposibilia sunt communis error Jus non facit ut communiter calculo asnoscunt inter petres in d. le barbarius et mihi non oscure probat txs in ille argumentum a contrario cum impossibilis Demonus et servo potuiset decernere hanc potestatem

qq consequens est quod quicunque ab ea muliere fuerint promoti ~~mita~~ non tit. posunt exercere sed cum tamen convenient teneri pro bonifices ordinacionem Requirere ut post allios resolvit Mayolus de Irregularitate op. libro 1 c 28 n 12 et sequenti

suborit tamen hoc loco dubitacio utrum hermafroditus sit irregularis, e autem hermafroditus qui et androgina seu vir simul femina et utriusque sexus particeps e de quo agunt plinius libro 7 naturalis istorie c 2 D. Augustinus libro 16 de civitate dei c 8. Aulus Gelius noctium aticarum libro 9 c 4 [illegible] intelligent [illegible] hominum Mensquicus de quperande remedio 1 n 15. et quidem non el. est hermafroditum absolute irregularem magis probat Marianus socinus in c ad audenciam n 64

de omicidio

et ideo si incalescat in sexu masculino non esse irregularem 2a 3a irregularem si in femineo sexu prevaleat argumento tx in le querit ff de statu hominum le repetundarum ob ermafroditus ff de testibus c testes & item ermafroditus 4a q. 3a sequitur Soto in 4o sententiarum distinctione 25 q. 1a art. 2o ob ubi inesse

Propositam nihilominus sentenciam imo ermafroditum absolute irregularem esse docuit Sylvester diaconus d. c. testes & item ermafroditus Summa tabiena verbo corpore viciatus ad finem S. Antoninus 3a parte summe tit. 28 c. 6o Orescius in dicta le querit n. 9o pro qua sentencia inuolex bendit fundamentum quod ermafroditus est monstrum quoddam & consequenter ab ecclesiasticis ordinibus pabelendus

Verum in hac dubitacione ipse existimo distinguendum ut si ermafroditus prevaleat in sexu femineo ita sit ecclesiastici ordinis incapax ut si de facto ordinetur non recipiat caraterem sacramenti argumento de le querit & similium xurtis resoluti supra in prima pio uius questiuncule: si vero in sexu masculino incalescat capax erit ordinis irregularis tamen propter dictum defectum & monstruositatem ita ut si de facto ordinetur recipiat sacramenti caraterem non tamen habeat ordinis execucionem & ita videtur insinuare Navarrus in manuali c. 27 n. 203 ex qq absolvitur 1a q. huius dubi

Utrum et qui humani capitis defectus irregularitatem inducat q. 2a de facici deformitate art. 1o

deformitas facie irregularitatem inducit quo argumento a forciore sic eamo fori racione probatur nam si deformitas in humanu indigito inpedit aut dorso irregularitatem inducit ut inferius latius notavimus multo magis illam debet producere deformitas & turbitudo facici & ideo si deformitas aut monstruositatem vel ridiculam faciem vergat intedimentum prestat quo ad ordines ecclesiasticos verumgracia si facies multis sit disegnata coloribus & cicatricibus dehonestata ut post Fiamlerinum de monte lagano resolvit Silvester verbo homicidium 3 q. 3a summa tabiena verbo irregularitas 3 n. 26

nec refragatur locus evangelii Ioannis c. 7) nolite iudicare ante faciem) is enim, quod dicitur, si locus ille in sensu literali accipiatur solum evincit propter solam deformitatem naturalem neminem deberi ab ecclesiasticis ordinibus arceri quod et nos fatemur non tamem probat locus ille quod si faciei deformitas et turpitudo horrorem et scandalum preveat non prestet vim modi impedimentum. Rursus responderi potest Christum dominum servatorem in illis verbis in sensu allegorico nos docere voluisse non esse attendendum ad aliquid impertinens et ineptum de quo agitur nec deferendum esse iudicium secundum faciem et experienciam externam sed secundum veritatem intime et deterius consideratam ut ibidem explicat Nicolaus de Lira et ideo ex illo loco nihil contra nos colligi potest efficax argumentum et ex illis absolvitur articulus quintus.

Ad caput ut hinc etenim § si cecus 49 dist. art. 2us

collige ex textu iunctis verbis precedentibus) non ferat panes domino Deo suo nec accedat ad ministerium eius) collige ex textu oculorum defectum prestare impedimentum quo ad ordines cecus enim sive effossis oculis sive orbatus lumine visuali irregularis e constat ex canonibus apostolorum c. 76.

amplia hanc conclusionem locum habere et cecum irregularem esse non solum quo ad ordines suscipiendos verum etiam quo ad susceptos exercendos etenim quantumvis sacerdos effectus cecus ordinem non admittat ipsius tamen executionem propter impossibilitatem perdit docuit S. Thomas 3a parte q. 82 art. ultimo ad finem. hoc autem non ita generaliter et indistincte accipiendum est sic etiam sacerdos post tractam cecitatem irregularis fiat quo ad exercenda omnino sacra ecclesiastica in quibus visu opus est exercere namque poterit munera ecclesiastica quae cecitas non indigent ut puta predicare confessiones audire et similia cum ramo et beneficia obtenta potere retinere c. cum percussio 7 q. 1 tradit Navarra Covarruvias quidam de eodem loco adiutor extra in c. 2 de clerico egrotante vel debilitato ex quo Abbas ibidem publicam confessat irregularem nunquam illis qui ... alicuius defectus ministrare prohibetur in aliis non prohiberi.

Ampliam rursus predictam conclusionem procedere et irregularem esse monoculus hoc est habentem alterum tantum oculum c. si evangelica 55 dist. si vero quis careat visu dextro oculi alias tamen sanus habeat et sinistro oculo cernat quomtum ad celebrandum sit satis irregularis non est sic resolvit Bartholomeus a Medina (?) in manuali c. 27 n. 199 Simon Maiolus de irregularitatibus libro 2 c. 20 n. 4 ... tem

tem qui careat visu sinistri oculi quem estilus Romanus oculum canonis apela re consuebit procul dubio irregularis erit ut observant proximi Pelati.

amplia 3 irregularitatem quoque producere lipitudinem oculorum etenim lipus hoc est habens oculos pro pecio lacrimantes ab ordinibus eclesiasticis excluditur quod eadem deformitas inspicientibus horrorem nauceam et scandalum prebet docent Arquidiaconus Turrecremata et preposito[s] traxit quod hec irregularitas originem a Iure divino veteris testamenti ut constat levitici c 21 § filius v. ubi dominus lipum prohibuit acedere ad ministerium altaris. quae vero oculorum lipitudo sufficiens sit ad inducendam irregularitatem arbitrio episcopi relinquitur ut resolvit Simon Majolus dei Irregularitatibus libro 1 c 26 n 5

amplia 4 irregularem quoque esse aliquo modo illum qui distortos habet oculos et ideo veniet antea promovendus ad sacros ordines quam episcopus videat quanta sit deformitas et dicernat verum talis sit quem merito ab ordinibus excludere debeat etenim quelibet oculorum deformitas notabilis impedimentum prestat doc[e]t gl[os]a ultima et Antonius de butrio et Panormitanus in c cum de tua de corpore viciatis: idem resolvendum est de illo qui habet dis[pa]res oculos et de illo qui habet oculos nimium prominentes non enim sunt ordinandi quousque episcopus Judicaverit quanta sit deformitas iuxta sententiam glose sen[tenti]am[?] beneficium [?] c cum de tua

amplia 5 irregularem quoque esse illum qui habet maculam aparentem in oculis quam escriptura divina vocat albuginem illam enim irregularitatem producit ut probat textus noster et observat Arquidiaconus et vetus quod Cardinalis [?] silvester verbo homicidium 3 n 5 trasit quesimiliter hec irregularitas principium a Jure divino levitici d. c 21. que autem oculorum macula sufficiens sit ad producendam hanc irregularitatem relinquitur similiter arbitrio et discrecione episcopi qui informando [?] mediar arbitrio debeat atendere an macula statim offerat sese videntium conspectui absque sutili oculorum inspeccione talis namque macula procul dubio quem facit irregularem: si vero primo intuitu non apareat nullum prestabit impedimentum ut breviter explicat Abbas antiquus ubi Antonius de butrio et Panormitanus in c cum de tua de corpore viciatis. et ex his absolvitur 2 ars

DNA SI LABOR. DNI V. EGRIS

DE FORM. B. ARCVS TERTIVS.

deformitas ex parvitate magnitudine et tortuositate nasi proveniens irregularitatem producit arbitrio episcopi ubi ut in defectibus oculorum art° proxime notatis notant in spetie escribentes per textum in c. hinc etenim 49 dist. idem prium deducentes ex c. 21 leviticj ubi dominus Deus eli voluit ab altaris ministerium habentem barbum grandem et tortuosum nassum. quamvis autem D. Gregorius in suo pastorali libro 1 c. 11 relatus a Gratiano in d° c. hinc etenim dictum locum illum in sensu morali percipere et explanare exponat nihilominus tamen etiam in literali procedere posse et ita deformitatem nasi irregularitatem producere comuni voto recepptum ut resolvit Mayolus in tractatu dei irregularitatibus l. c. 22 Nº 6 a d° 2° ad finem: indubitatum autem est eum qui naso caret omnino irregularem esse caret namque optimo et venustissimo humane pulcritudinis ornamento. Juxta sententiam D. Thome in 4° sententiarum dist. 25 q. 2a art° 6° ad finem quem sequitur suma tavvena in verbo corpore viciatus.

lavior quoque deformitas episcopi arbitrio irregularitatem parit v.g. si quis habeat lavia ita tortosa ut nihil ore continere valeat quin extra ita elavat subest enim maximum periculum in sacro sante eucaristie et sanguinis domini sumcione resolvit Mayolus de irregularitatibus libro 4 c. 23.

dentium vero defectus nulum prestet impedimentum preter quam si quis sibi dentes exciserit per indignacionem et impacienciam argumento pro in c. qui partem 55 dist. et alios que tradit Sansormitanus in c. ex parte ad medium de corpore viciatis sic suster verbo corpore viciatus q. 4°. ille vero qui dentes habet nimium prominentes (dummodo Judicio medicorum absque vite et alicuius egritudinis periculo id fieri posit) curari potest ut aliqua ex parte sibi dentes secantur et minuant ex glosa in d° c. qui partem docet et Sibas et Sinister ubi proxime.

tandem irregulares sunt guturosi hoc est illi qui gutur habent nimium pendulo et tumido sunt colo ut resolvit suma tavvena verbo dispensacio nº 13 et ita absolvitur 3 articulus

DE AVRIVM VICIIS ARTICVLVS QVARTVS

surdus qui nihil omnino audit irregularis ut constat ex canonibus apostolorum c. 76 et facit quod huiusmodi surdus non potest publicam personam gerere nec esse arbiter nec procurator nec quo cumque modo in iudicio existere resolvit copiose Sennatus Bancius in tractatu de nulitatibus sententiarum titulo ex defectu mandati n. 25 facit Dursus quod huiusmodi est surdus infanti et furioso equiparatur § mutum institutis de inutilibus le. i. in principio ff de verborum obligacionibus le. i. § finali ff de actionibus le. pretor ait § non omnes ff de iudiciis: infans autem et furiosus procul dubio irregulares sunt titulo i de corum de etate et qualitate c. super ordinata de prevendis c. si quis 2. 8 dist. c. conmutit 33 dist. ergo et surdus irregularis erit

hinc etiam irregularis erit mutus cum nihil exaudiat Balbusta mem irregularis herit nisi lingue nodus ita gradus pronat ut verua intelligibilia explicare valeat resolvit Simon Mayolius de irregularitatibus libro i c. 26

surdus tertio hoc est qui dificilius et tardius exaudit nullo iure prohibetur ad eclesiasticos ordines promoveri: si autem quis post susceptos sacros ordines surdus efficiatur distinguenda sunt ea que diximus de oculis defectibus supra hac quaestione art. 2º resolucionis ut videlicet possit prosequare ea ministeria eclesiastica que non indigent audito sano et expeditus et ita sumissa voce misam poterit celebrare et alia id generis facere: non tamen poterit confesiones audire propter inpossibilitatem asolucionis que cause coniccionem suponit et pecata penitentis audita esse et perceptionibus confesari

ille tandem irregularis est qui licet auditu non careat mutilatus tamen habet aures sive in totum sive pro parte sive illas amiserit dando operam tenelli cite sive ex sponte sibi anputaverit aures enim inter humani corporis membra conumerantur ex sententia glo. in c. singula 89 dist. et exin absolvit quod et ultimus art. et 2ª quaestionis particula huius dubi

VTRVM EQVI MANVM DEFECTVS IN IRREGVLARITATEM PAREAT QVESTIO TERTIA

cum diuina ministeria per manus plerumque exerceant irregularis inprimis erit ille qui vtraque vel altera tantum manu caruerit. Resoluit D. Tho. in 4 sentenciarum dist. 25 q. 2a et 3a parte q. 62 art. vltimo ad 3m argum. idem resoluendum est de eo qui non habet sed dictas tulatas habet manus inefficaces tamen ad vtendum quia iure nostro paria sunt non hauere membrum aliquod et habere sed inutile sicut vrgeri [illegible] q. 1 Jubat tex in c. 2o § sed neque ad finem de translacione episcopi dum probat viduatam dici ecclesiam quelibet episcopum habeat inualidum tamen prohibet hauere consonat elegans doctrina glossa in lege finali C. ad lm flauiam de plagiariis quae docet viduam apelari mulierem illam quae maritum habet qui sed inutilem quam ex tollit Sicilius in c. [illegible] [illegible] dio [illegible] delegati Joanis de platea in § c inter [illegible] na[illegible] institutum de publicis Judiciis et singularem apelat palacios Rubios in repeticione cap. per vestras de donacionibus inter virum notabili 2o inprincipio n. 12 [illegible]

Rursus irregularis est ille qui licet integras ab[illegible] et efficaces ad vtendum haueat manus deformitatem tamen aliquam in illis patitur ex qua per populum scandalum exoriri posse cum de corpore viciatis vbi notant inocencius Cardinalis Antonius de butrio et ceteri escribentes tradit Suma taurina verbo irregularitas 3o n. 26

hec autem quoad suscipiendos sacros ordines intelligi debent siquidem post yam susceptos manu vel manibus orbari contingat 3o in memoriam reducendum est illud quod semel et iterum in discursu huius dubii inculcauimus ut videlicet irregularis dumtaxat fiat quoad execucionem illius ordinis in ministerio in quo manibus opus sit exercere nequeat potest alia ministeria sacerdotali et ceteris eo ordine deputata ut puta predicare confesiones audire funeralia agere et alia id genus ex sentencia patris [illegible] in c. 2o de clerico egrotante cuius superius meminimus

dubitari tamen posit vtrum huiusmodi sacerdos manu vel manibus carens exercere posit ea quae sunt ordinis quoad verum ex presionem sub [illegible] [illegible] id quod manuum auxilium desiderant et [illegible] cum dicto Tho. 3a parte q. 67 art. 6 ad 3m negatiue respondendum est ac subinde si sacerdos manus vel mutilatus verba baptismi et formam proferat altero baptizandum in aquam inmittat nihil agit

tandem irregularis erit ille qui tremulas hauet manus ut docuit ex speculator in c. si forte de eleccione libro 6o quem refert Simon Mayolus in tractatu de yrregularitatibus libro 1o c. 24 ad finem ex eo quia ex candalum in populo exoriri posset propter periculum quod subest in sacrosancta ministracione et ex y

absoluit 3a questiuncula

VTRVM ET QVI DIGITORVM DEFECTVS IN IRREGVLARITATEM PRODVCAT

Qe 4a

